

f. expressio , cui adde tantillum aq. vitæ, vel  
vini generosi.

Vel,

*2. Oleor. amygd. amarar. rutæ, de castorio an. 3 ij.  
aq. vitæ, 3 j. fl.  
bulliant ad consumptionem aquæ.*

Vel,

*2. Rad. cyclam. tenuissime tritæ, flb., fl.  
bulliat in 3 iij.  
olei anethini, rutac. & irini ad consumptio-  
nē mediæ partis. f. expressio pro iniectione.*

Post usum iniectionum auris etiam purganda  
& exiccanda admoto pane calido. Fiunt etiam  
aures plerumque purulentæ & saniosæ : proinde  
detergendæ & exiccandæ erunt : quod præstabili-  
tur iniectione hydromelitis calentis, vel succo  
herbarum detergentium, ut agrimon. absynth.  
centatur. minor. porri & similiū. Sed post illo-  
tum usum auris exiccanda vapore ex vino, in quo  
decocta sint calefacentia & exificantia prædicta.  
Detergentes etiam iniectiones fiunt ex oxymeli-  
te, syrupo de absynth. de ros. siccis.

Quod si vero vermes aures infestent, parabi-  
tur iniectione ex simplicibus amaris supra contra  
lumbricos propositis.

### *De iniectionibus in urethram sive penem.*

#### CAP. XVI.

**M**embri virilis canalis seu uretra , quemad-  
modum etiam collū vesicæ nō raro ab urinæ  
ardore ob humorū acriū permixtionem vexatur,  
nonnunquā etiā ob seminis fluxum exulceratur.

Sig